

pallidus color est vel magnas obstructions
 iecoris, vel cachexiam significat. Talis autem
 virginibus malachia laborantibus communis
 est: ob quem affectum ægrotantes deprauata
 comedere cupiunt, qualia sunt carbones, &
 sexcenta alia id genus. Hunc affectum sæpe
 sequitur lenta febris & cordis tremor. Puellæ
 quoque cachexia laborantes pallidæ sunt, quo
 affectu tum præcipuè constrictantur, cum op-
 portuni earum menses erumpere nõ possunt.
 At ei non erumpunt obstructo utero. Vterus
 autem obstruitur, aut crebra saltatione mox à
cibo & potu facta: aut crassorum alimètorum
 usu. Quinetiã naturalis color faciei, qui à mo-
 tu animi repentino in album, aut pallidum
 statim mutatur aut syncopen, aut lypothimiã,
 vel adesse, vel fore significat. Quòd si talis mu-
 tatio sensim fit, frigidam totius corporis in-
 temperiem, aut diuturnum affectum, à causis
 frigidis profectum portendit. Præterea alui
 excrementa subalbida, aut cineritij coloris, bi-
 lem supprimi, nec ad intestina ferri: atque
 meatum vesicæ fellis, quo excrementitia bilis,
 ad ecphisin defertur, obstrui significant. Talia
 quoque alui excrementa, si ardentibus febri-
 bus, & alijs continuis apparèt, pernitiem por-
 tendunt. Urinarum denique colores, humo-
 rum, qui sunt in venis, redundantiam signifi-
 cant. Atque quemadmodum ex cutis colore
 vitiati